DE PROPRIETATIBUS RERUM

Wien, um 1440 Seite 51r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



litantibus et bellantibus prebet enim velocitate et audaciam et liberat equos a venenis lesione

¶ Item lapis qui habuerit mulierem cum crine sperso et manibus dimissis habet potestatem reconciliandi amorem coniugum

¶ Item lapis cum insculpta virgine manus suas in modum circulis et triangularem incapite et sedentem in kathedra hic confert solamen post laborem et requiem post infirmitatem

¶ Si in veneris hominem genu flexum habentem in dextra clavum et interficiente leonem vel aliud monstrum hic in omni bello victorem facit quia autem quod feratur cum omni reverencia

¶ Item si in veneris hominem habentem serpentem tinctum et caput eius in manu dextra et sinistra caudam hic liberat a veneno sumpto

¶ Si in veneris duas urnas et in medio earum serpentem dividentem eas hic reddit hominem astutum fortem constantem et gratum

Techel transtulit istum librum

Quando in Jaspide invenies hominem et stultum in collo pendentem vel in manu et in pedibus serpentem hic habet virtutem contra inimicos

¶ Quando invenitur in cristallo feminam habens in una manu avem in altera piscem valet ad negociandum

¶ Quando invenitur lapis sculptus cum homine volante hic valet ad negocia mercationis

¶ Quando invenitur tuttur cum ramo olive hic habet gratiam conferendi ut diligaris ab hominibus

¶ Quando in veneris serpentem et sagittarium pugnantes hic habet virtutem pacificandi

¶ Quando invenitur in lapide albo dimidia figura femine et dimidia pars reliqua figura pistis qui teneat in manu speculum et ramum olive positum in auro et conclusum in manu habet virtutem ut portans non videatur

¶ Si in Jaspide viridi sculpta cum cruce habet virtutem ut non mergaris

¶ Quando reperitur basiliscus vel syrena vel dimidia scilicet femina in lapide in parte reliqua pistis habet secure ambulare inter serpentes

¶ Quando in lapide in veneris hominem qui in manu una tenet figuram dyaboli que cornuta et alata describitur in altera manu serpentem et subpedibus leonem et super has figuras stat sol et luna hic ponitur in plumbo et habet virtutem cogendi demones ut det responsa hominibus interrogantibus

¶ Quando in lapide in veneris hominem qui in collo habet fasciculum herbe ponatur in argento hic habet virtutem discernendi inter infirmitates et habet virtutem omni loco restringendi sanguinem et confert gratiam et honorem

¶ Si in lapide nigro in veneris hominem qui in dextra portat sceptrum in altera manu avem volantem expansis scilicet alis et subpedibus figuris cocodrillum hic valet contra incantationes demonum et contra omnes inimicos fugat et ab obsessis demones et poni debet in ferro

¶ Quando in nigro lapide hominem sedentem super leopardum et teneat canam in manu hic valet contra malas bestias et suffocationes aquarum

¶ Quando in lapide in veneris hominem qui in dextra tenet leporem et in sinistra virgam positus in auro virtutem habet pacificandi et victoriam in causis obtinendis contra bestias etiam valet nigromantici utuntur hoc lapide

¶ Quando in lapide invenitur homo ornatus et in dextra eius sceptrum et in sinistra palma et subpedibus eius stabellum positus in auro promovet ad honores et nichil attemptabit quod secundum deum est quod non citius assequatur

¶ Quando in lapide in veneris arborem acuius parte sinistra vir a dextris vero femina hic valet ad concordiam coniugatorum et reconciliationem discordantium

¶ Quando in lapide in veneris hominem in dextra manu habens lapidem et in sinistra caput femine hic valet ad concordiam discordantium et si quis habuerit eum super se quando dormit de facili non excitabitur

¶ Quando in lapide reperitur thaurus aries hic valet ad facundiam et contra ydropisim

¶ Quando in lapide invenitur homo qui tenet falcem in manu hic valet ad amorem et gratiam obtinendam

¶ Quando in lapide in veneris hominem habens alas in pedibus et baculum in manibus hic valet ad gratiam

¶ Quando invenitur homo in lapide qui virgam tenet in manu valet ad dominandum

¶ Quando invenitur homo in lapide dimidius et dimidius bos hic confert honores et sursum informat ad bonum